

* Anno, quo supra, die Martis ante festum sancti Georgii martiris facultas artium concorditer, nemine contradicente, mutuo dedit cuidam vidue Prisce Georgii Doeners relicte sexaginta flor. Ren. in moneta pro annuis censibus trium flor., pro quibus domum suam acialem in novo foro impignoravit accedente ad id consulatus huius oppidi consensu, ut in litteris desuper datis et confectis patet.

Anno, quo supra, in convocatione magistrorum dispensatum est cum baccalario Mathia Rinck de Eyßleben super non completionem biennii sui, et solvit medium florenum pro solatio magistrorum. *

1515 Sommersemester. 212. Decan Godehard Lüderi von Halle.

C 73.
N 7. Decanatus¹⁾ magistri Gothardi Leuderi²⁾ Hallensis de natione Saxonum, sacre theologie baccalaurei formati. Anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto Sabatho ante Quasimodogeniti, que fuit undecima³⁾ dies mensis Aprilis, electus fuit in decanum facultatis artium magister Gothardus Luderus Hallensis de natione Saxonum, sacre theologie baccalaureus formatus, sub cuius decanatu electi fuerunt officiales magistri infrascripti: Apr. 14.

Clavigeri mgr.	{	Iohannes Tuberinus Erithropolitanus		{	Bavrorum
		Henningus Pirgallius	de nacione		Saxonum.
Executores et	{	Nicolaus Zceyler		{	Polonus
visitatores		Petrus Kune de Neumburg	electores		Misnensis
		Iohannes Tuberinus Erithropolitanus	decani		Baverus.

Anno eodem lectores deputati per theologie [!] et philosophie magistros sequuntur:

ad lectionem	N 7.	}	deputatus	est mgr.	}	methaphisice	Gregorius Konicz
						phasicorum	Godehardus Leuderi Hallensis
						de anima	Iohannes Langer de Polckenhayn
						ethicorum	Arnoldus Lyndavianus Wustenfildensis
						veteris artis	Udalricus Burchardi ex Weyssefels
						nove logice	Martinus Tiecz de Gauer
						perspective	Simon Eyßman de Dyllingen
						rethorice	Andreas Epistates Delicianus
						poetice	Gregorius Kohel Aubanus
						spere materialis	Franciscus Richter de Heynnigen
grammatice	Allexander Seckler de Eslingen						
Petri Hispani	Cristophorus Ering de Dyllingen						
actus dominicalis	Erasmus Wachelbel Egranus.						

Examen baccalaureandorum Penthecostes. Eadem estate quarta feria in Mai 30. festivitibus Penthecostes in convocatione totius facultatis deputati sunt per sortem baccalaureandorum examinatores magistri subscripti de quattuor nacionibus:

¹⁾ In N die Columnenüberschrift in blauer Schrift. ²⁾ Fehlt in N, in C nachgetragen. ³⁾ Der Sonnabend fiel auf den 14., nicht auf den 11. April.